

IURIS ALLEGATIONES THOMAE CERDAN A TALLADA DOCTORIS, ET MILITIS REGIÆQ. MAIESTATIS PHILIPPI MAGNI, Consiliarij. Contra Gasparem Tarrega Doctorem Aduocatūque in hac ciuitate, in causa intentata contra illum.

IN NOMINE SANCTISSIMAE INCARNATIONIS
Domini nostri Iesu Christi.

REGIVS Consiliarius, qui nō habet exercitiū iurisdictionis, & habet salarium ordinariū ex mera largitione, & gratia suae Maiestatis potest consulere in Camera, ordinare, firmare, & allegare in iure. Respondendo consultationibus sibi factis in scriptis, etiam & aduocare libere, & impune. Præmissa narratione facti quæ brevis est, & ex infra dicendis dilucide apparebit: Ex sententia Ciceronis in suo Thezauro, verbum postulare, multas habet significationes, tamē ex proprietate verbi, & quoad rem pertinet, secundum Suetonium tranquillum in Nerone, postulationes aduocatorum sunt aliquid pro alio petere in foro, id est in loco in quo ius & iustitia administratur: vnde rubrica de foro competenti. & habetur de mutu. peti. c. 1. Azq. & Hosti. in l. moris. ff. de pœnis. Hinc dicimus forum Ecclesiasticum, forum seculare, forum animarū, vel forum Politi, forum Canonicum, forum Civile, forum proprij iudicis: de quibus in diuersis iuris locis: Ex mente Antonij Nebra. est. coram iudice aliquid pro alio petere. Ex sententia Iuri. Cons. Vulpi.

in. leg. 1. ff. de postulan. vers. postulare, est desiderium amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. vbi glo. verb. in iure. dicit in iure, id est in loco, in quo solet ius reddi. & habetur de iusti. & iur. l. penult. §. si. ff. Ibi ius dicitur locus in quo ius redditur, & ibi, his locus, recte ius appellatur: habeturq. 1. Machab. 11. Ibi, & postulauit Ionatan, à Rege vt immunitatem faceret Iudæam, &c. Et secundum glo. d. l. 1. verb. iurisdictioni, postulatōres dicuntur Aduocati. l. 1. §. Auocatos. ff. de var. cogni. l. quisquis. C. de postula. E affirmat Bart. in d. §. n. r. quod qui promittunt non aduocare, nō prohibentur in Camera consulere. Quia postulare est in iudicio aliquid dicere, vbi Alex. in apost. verb. consulere. Inquit, quod qui non potest aduocare, potest tamen consulere in Camera: & dicit amplius, quod instruens non potest dici, quod sit Aduocatus: & aduertit notandum esse pro statutis facientibus mentionem de Aduocato. Idem Bart. in d. §. Aduocatos. num. 4. inquit, quod non prohibetur dare consilium in Camera: quia aduocare, inquit, est pandere alienū desiderium in iudicio, id est coram iudice, vt fuit dictū supra. Eandem interpretationem facit tex. l. 1. t. 6. rub. de los Aboga. part. 3. Ibi. *Que ellos, hablando de los Abogados, pudiesen ra*

zonar por otti, &c. Magnus practicus
Alberic. in. d. vers. postulare. d. l. 1. re-
fert obtinuisse Doctores Vercellenses
actu legētes in Vniuersitate contra Ad-
uocatos, vbi viget statutum, quod Do-
ctores habentes salarium ex publico,
non possunt aduocare in causis, dicebāt
Doctores legentes, quod dare allega-
tiones in scriptis, non erat illis prohi-
bitum, contrarium affirmantes dicti
Aduocati, tandem refert obtinuisse
Doctores legentes, ex quo consulentes
in Camera, & dādo allegationes in scri-
ptis, respondendo cōsultationibus per
supradicta non erat aduocare: hoc ap-
probatur, ex consuetudine communi
habita, & obseruata inter DD. legen-
tes Salmanticæ, & in aliis Vniuersitati-
bus approbatis per Cathedraticos, qui
consulunt, & scribunt in iure, respon-
dendo cōsultationibus in scriptis in
rebus magnis, & arduis litigijs, recipiē-
do salaria, & stipendia pro industria, &
labore suscepto, non obstante, quod ha-
beant salarium ex publico.

Sed ad quid immoramur in his, quia
dictus Cerdan, non aduocat comparē-
do in foro, & in loco iudicij pro alio,
sed solum consulēdo in propria domo
scribit in iure, non ex eo quod sit illi
prohibitum per suam Maiestatem, sed
quia non vult: etsi aduocasset non est
Consiliario Regis, non habente exer-
cicio iurisdictionis Regio enim Con-
siliario non seruiente actu officiū Con-
siliarij, non est incompatible, Consi-
liarium esse, & aduocare, argu. tex. l. si
quis procuratorē. De Decurio lib. 10.
C. per quem tex. solum prohibetur.
Consiliarijs procuratores esse: & cum
impositione pœnæ priuationis dignita-
tis. Ibi, totius dignitatis exceptione de-
pulsā, grauissima pœna plectetur: cum
sit vile officiū procuratoris, & vt aliqui
dicunt sunt serui publici, & commu-
nes, quando sunt mere procuratores, &
non habent auctoritatem recipiendi
instrumenta: qui ex communi consue-
tudine discreti appellantur. glo. l. Cu-

riales. C. locati, & ibi. DD. signanter
per Bart. in. dict. l. si quis. de Decurio.
quod dici non potest de Aduocato, cū
sit officium nobile & laudabile, per. l.
Aduocati. C. de Aduoc. diuer. iudi. lau-
dabile inquam est & necessarium aduo-
cationis officium, vt per Imperatorem
Anastasium. in. l. laudabile. C. de Ad-
uocat. diuer. iudicio. Quid enim di-
gnius aduocationis officio esse potest?
inquit, Cassiodor. epist. 12. Abraham
eundem officium exercuit apud Deū
pro ciuitatibus Sodomæ, & Mogoræ,
Genesis 18. in fine. Cuius verba. d. l. Ad-
uocati. referre placuit. Aduocati, in-
quiūt Imperatores Leo, & Antoninus,
qui dirimūt ambigua facta causarum:
suæque difencionis viribus sæpe, pu-
blicis in rebus, & priuatis lapsa erigūt
fatigata reparant, non minus prouidēt
humano generi, quam si præliis atque
vulneribus patriam parentesq. salua-
rēt: nec enim solos nostro imperio mi-
litare credimus illos, qui gladijs, cly-
peis, & toracibus nittuntur: sed etiam
Aduocati. Militant namq. causarum
patroni, qui gloriosæ vocis confici mu-
nimine, laborantiū spem, vitam, & po-
steros defendunt. Ideoq. merito iura
clamam finito officio Consiliarij, seu
dimisso sine vitio, & emulatione, libe-
re, & impune ad officium Aduocatio-
nis redire posse: per expressum tex. in.
l. si quis de togatis. d. tit. de Aduoc. di-
uer. iudi. l. liceat. cum. l. sequent. vers.
Ita tamen. C. de Assessor. Ita tamen. in-
quit, ibi. Iustinian. Imperat. vt post Cō-
siliarij sollicitudinem depositam. liceat
ei ad munus aduocationis reuerti; &
magis expressæ, & propriæ. in. dict. l. si
quis de togatis. Ibi post per actam inte-
gre, administrationem ad illud officiū,
vnde abstractus est, & vbi sibi vitæ sub-
sidia cōparabat, remeādi habeat facul-
tatem, nec causas orare denuo, quādā
prohibeatur inuidia, vbi expresse de fa-
cultate aduocandi, deposito officio Cō-
siliarij, per quē tex. Salicet. dicit. quod
finito officio, Laudabiliter potest reddi
re

re ad dictum officium aduocationis, & quod aduocati parant sibi inuidiam propter scientiam & honores, & quod officia ex quibus comparantur vitæ subsidia, non debent sine sufficienti causa, & de facili alicui inter dici. Potest itaq. ad dictum officium, & exercitium aduocationis reddere, & propter dictum exercitium non perdit privilegia, immunitates, prærogatiuas, nomen, loci ancianitatem, & insignia consiliarij domini Regis, immo illas retinet, quas antea habebat, tanquam Consiliarius Regius, in memoriam pristinae dignitatis, per expressa iura, utpote, per l. eam legem. de excusa. mune. lib. 10. C. ibi, & insignibus dignitatum sine vlla ambage præscripsimus: ita circa eos in quos nostra munera redundarunt præcipimus esse seruanda, ut eisdem beneficiis, nõ quãdiu militauerint, sed quamdiu vixerint perfruantur. Et ibi glos. verb. quamdiu. l. vni. de comit. prouin. reg. lib. 12. C. ibi, Comites quoque primi ordinis esse meruerint, vicariæ dignitatis post depositam administrationem eisdem privilegiis frui oportet. l. maior dignitas. de digni. d. lib. 12. C. qui etiam si ex proprio motu, & voluntate Regis priuentur ab officio Consiliarij, etsi iubilentur, quod est minus, retinent tamen, & gaudent eisdem privilegiis immunitatibus, & prærogatiuis de quibus super, & ante priuationem utebantur, quod sequitur expresse Guid. Pap. in sua notabili descif. 377. Et ita fuit obseruatum in persona Regentis Iacobi Filibert, qui deposito dicto officio Regentis Cancellariam aduocauit publice in hac ciuitate, id fecerunt, Doctores Iacobus Paredes, & Bartholomæus Sarçuela, & alij Doctores Regij Consilij. Pari ratione iudicandum censeo suspensum Regiũ Consiliarium in officio, & exercitio eiusdẽ, ad tempus. Lapsõ tẽpore præfixo, gaudere debere, & vti eisdem privilegiis immunitatibus nomine, insigniis, & præcedentiis Regij Consiliarij, quibus

antea utebatur, exercendo dictam dignitatem: per tex. expressum in l. et si seuerior. C. ex quibus cau. infam. irrig. & ibi glos. verb. certis, ver. vel melius. l. generaliter. ff. de Decurio. ibi, completo tẽpore, Nihilominus fungi onere, & officio possit. (& hoc recte) Neq. enim exaggeranda est sententia, quæ modum interdictioni fecerat. l. falsi. §. ordine. ad. leg. Corneliã. de fal. cum aliis, per quæ iura cũ succederet. d. Cerdan de facto, quod ingresso in choro Sedis præsentis ciuitatis in die Iouis Sancti, vbi ex Edicto ordinarij Ecclesiastici nullus in. d. choro intrare poterat sub excommunicationis pœna, exceptis personis Ecclesiasticis, & Doctoribus de Regio Consilio, & stante. d. Cerdan inter alios Doctores Regios Consiliarios, in primo loco, tanquam Decanus & antiquior dictorum Cõsiliariorum, fuit præsum, per dignitates, & Canonicos Sedis prædictæ, dictum Cerdã non potuisse intrare, nec stare, & manere in. d. choro durãte celebratione diuinorum officiorũ, sine excommunicationis labe: contrarium prætendente. d. Cerdan, per dicta iura fuit prouisũ ex deliberatione trium aularum Regij Consilij, posse intrare & stare durante celebratione diuinorum officiorum in d. choro, ut Consiliario Regio suæ Maiestatis, seruata sibi ancianitate, & privilegia Regij Consiliarij præsentis Illustrissimo, & Excellentissimo Comite de Benauent Locumtenente, & Capitaneo generali suæ Maiestatis in præsentis Regno, & ita fuit factum, cum assensu, & deliberatione Illustrissimi, & Excellentissimi dominini Patriarchæ Archiepiscopi Valentini medianibus embaciatoribus Cõsiliariis Regij Cõsilij, nobili videlicet dõ Raymũdo Sanz de la Llosa Thezaurario, & magifico Petro Gerardo de Sola militæ, & Regis Consiliariis, pro vt pro executione præditorum semper intrauit, & hodie intrat in dicto choro simul cum aliis Regis Consiliariis dum

